



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Lancicii E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Possunt ne penitus extirpari hæ passionēs, ita ne penitus sint in nobis.
Cap. VII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78809)

CAPVT SEXTVM.

Cum etiam in appetitu intellectiuo, hoc est in voluntate rationali hominis, sint Amor, Gaudium, Ira, Delectatio, Tristitia, Odium, Timor, & alij actus, & affectus similes actibus undecim passionum appetitus sensitiui supra enumeratis, quomodo hi ab illis differunt?

12.

Respondeo similes quidem esse actus iræ, amoris, doloris, & alios passionum appetitus sensitiui, actibus voluntatis quoad materiale, & quia sæpè circa idem obiectum versantur: differunt tamen, *Primò*, quia affectus voluntatis sunt intrinsecè liberi, & boni vel mali morali bonitate vel malitiâ, actus autem passionum in se non sunt liberi, nec boni vel mali, nisi prout subiacent imperio rationis & voluntatis. Et tunc dicuntur voluntarij, cum vel à voluntate imperantur, vt ab appetitu sensitiuo eliciantur, vel cum non prohibentur tunc, quando prohiberi deberent, vt bene docet S. Thomas.

1.2. q. 24. a.1.

Secundò differunt, quia passionum actus sunt circa obiectum sensibile tantùm, si spectentur iuxta naturam suam: at actus voluntatis etiam circa obiecta spiritualia non sensibilia versantur. Obiectum enim voluntatis est omne bonum secundùm se consideratum, proinde tam circa res spirituales & immateriales versari potest, vt & circa sensibiles, quæ solæ sunt obiectum appetitus sensitiui, & materia circa quam passionès ex naturâ suâ versantur.

Tertiò differunt, quia actus voluntatis despotice subunt voluntati eos elicienti: vnde eâ nolente statim cessant: Actus verò passionum non obediunt semper appetitu sensitiuo post Adami peccatum, ideo sæpè sentimus in nobis inuitis, iram, dolorem, tristitiam, & similes affectus, qui dum homo esset in statu innocentie paradisiacæ, antequàm peccasset, non sentiebantur eo inuito.

Quartò, Actus voluntatis per se non alterant corpus, vt actus passionum, ideoque illi non appellantur passionès, vt bene docet S. Thomas.

1.2. q. 22. a.3.

Quintò, Quia voluntas præter affectus undecim similes passionibus undecim supra enumeratis, habet præterea, voluntatem simplicem, & intentionem, & fruitionem, & electionem, & consensum, & vsu; ita vt in utroque appetitu sint septemdecim actus, quibus Valentia vult addi tristitiam communem, vt ait Caietanus.

Val. t. 2. d. 3. q. 11. p. 3. Cai. 1.2. q. 46. 47. 48. posita prope a. 8. q. 46.

CAPVT SEPTIMVM.

Possuntne penitens extirpari hæc passionès, ne penitens sint in nobis?

Respondeo cum S. Dorotheo. *Haud possibile esse, Rommi carere passione: non operari autem illas, hoc vrique non impossibile est.* Et vt S. Cyrillus Alexandrinus ait: *Fieri non potest, vt instam carni concupiscentiam eradiceamus. Fieri non potest, inquit S. Gregorius Nyssenus, vt in vitâ materiali, materia penitens & affectuum expertis vitâ exigatur. Legislator penitens vacuitatem affectuum, & impatientiam naturæ humanæ non prescribit. Non enim equi Legislatoris est ea iubere, quæ natura non capit, nec admittit. Nam id proinde est, ac si quis aquatilita traducat ad æriam vitam, aut contrâ ad aquam deducat ea quæ in ære viuunt: idcirco vt moderati pariter & lenes simus, non vt affectuum prorsus expertes, & à perturbationibus omnino vacui simus, beatificatio nos hortatur. Nam hoc quidem excedit naturam, illud verò virtute conficitur.* Ideò S. Hieronymus acriter inuehitur, contra eos qui suadebant, & tanquàm possibilem docebant *ἀπρόβητων*, hoc est, vt ipse explicat, *impatientiam, vel imperturbationem, quando nunquam animus vllò perturbationis vitio commouetur; & vt simpliciter dicam* (inquit Hieronymus loco citato) *vel saxum, vel Deus est.* Idem docent passim Sancti alij Patres. Tandem idem S. Hieronymus alio in loco: *Impossibile est, perturbationum iniuriis carere quempiam, quas sanctius Græci ἡγοῦντο εἶναι, antepassionès vocant.* Et S. Leo, *Nullus inquit, illecebris commoueri, nullis cupiditatibus iustulari non est istius vitæ.*

13. Ser. 1. l. adu. Anatroptom. cap. 1. in Beati mices.

1. d. in Cant.

Rom. 7. 17.

epist. ad Ctesiph. cont. Pelagian.

ep. 9.

3. quad.

Quin & Plutarchus, Rationi, ait, non est constitutum, motiones animi & affectus stirpitis euellere: neque enim potest, nec opus est, nec expedit: sed terminum quandam & ordinem eis prescribere. moralesq; virtutes constituere, quæ quidem sine affectione motuq; non sunt, sed symmetria ipsorum & moderatitas.

14. l. de vit. mor.

Idem ibidem: Neque enim qui temulentiam videntur, vinum effundunt, nec affectum qui perturbationes timent, euellunt, sed ei adhibent modum.

Quin & Stoicos (qui contrarium sensisse putantur immeritò, vt infra ostendam, agnouisse passionum motus naturæ nostræ inuitos, ex scriptis eorum ostendit S. Augustinus, & nihil, vel ferè nihil diuersum sensisse à Peripateticis ait. Peripatetici autè de passionibus naturalibus rectam doctrinam tradiderunt, tanquam de ingenitis naturæ humanæ affectibus, rectâ ratione moderandis.

c. 18. num. 172. 173. 174. l. 9. ciuit. cap. 4.

Natura nobis inuitis, inquit S. Chryostomus, hom. 6. de ostendit sua, & infirmitates eius superare non possumus (id est, ne sint in nobis omnino) nec si valde studiose, cupiamus: nec culpamus istud, quia vrique nihil ladimur, imò inde magis sumus admirabiles. Non enim crimen est mortem timere, imò è contrario, quanta laus est, cum mortem timeas, nihil turpe atque ferule per-

hom. 6. de laud. Pauli.

li.

le per-

le porro per timorem. Non enim naturam habere in-

firmatibus substantiam, sed feruere infirmitatibus, (id est, passionibus naturalibus) criminosis est: ut me-

ritud magnis ille habeatur atque mirabilis, qui imbecil-

litatem nature voluntate virtute superauerit. Quid enim refert naturae esse, quod potest effici voluntate: imo tantum est melius, sponte esse bonum quam sorte, quantum utique praestat coronis & amplissimam laude decorari, quam penitus nil mereri. At firma est natura. Imo si velis voluntatem fortem habere, atque robustam, hoc illo sit plane firmitus &c.

Et infra: Commoueri malum non est, sed irrationabiliter, nulloque iusto flagitante negotio commoueri. Velis nobis inquit S. Bernardus, intra fines tuos habitare tebusus, subjugari potest, sed non exterminari: idque probat sententiam Apostoli dicentis: Non quod volo bonum hoc ago, sed quod odi malum, illud facio. Si autem quod odi illud facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum, scilicet concupiscentia fomitis, quam ver. 23, appellat, legem in membris suis, repugnantem legi mentis suae, quod est passionum proprium.

S. Gregorius Nyssenus inducit suam sororem disputantem secum de anima, & resurrectione, & probantem passiones esse quid ab anima diuersum, sed veluti quasdam verrucas ex cogitatrice parte anima enascentes &c. per bona semina in Scriptura ostendit: quorum seminum vnumquodque si ad bonum duntaxat excoleretur, virtutis fructum nobis produceret. Sed quoniam iuxta haec in seipsum est error circa iudicium boni & honesti, atque id quod seipsum ac solum ex sui natura bonum ac rectum est, per germen fraudis & erroris, quod vna excreuit, obtebratum, & obscuratum est (nam concupiscentia vis non ad id, quod natura bonum & honestum est, cuius gratia nobis etiam indita est, enata est, & excreuit, sed ob bestialem, pecorinamque & rationis experientiam naturam, ad appetitum & impetum cupiditatis, rapiente prauo circa bonum & rectum iudicio, germen transmutauit: itidem ira quoque, semen non ad fortitudinem exacuit, sed ad pugnantium cum popularibus ac proximis nos armauit: itemque dilectionis vis ad illius qua mente percipiuntur, discessit, & in fruendo rebus sub sensum cadentibus & materialibus ultra modum insanuit, atque debacchata est, ceteraque peiora promotionibus gemina produxerunt) idcirco prudens agricola germen inmatum semini, in eo inesse finit, id prouidens atque cauens, ne melioribus mitemur, si vna cum inutili germine cupiditas penitus fuerit extirpata. Si enim acciderit humane nature, quid erit quod nos erigat, & mittet ad caelestium comunitionem atque propinquitatem? aut sublatam dilectionem, quam ratione cum diuino Amore copulabimur, & conuincemur: ira item extincta, quibus armis aduersus rebellentem vtemur? Relinquit igitur in nobis Agricola semina adulterina, non ut semper praeualeant aduersus praeforem segetem, sed ut ipsa tellus (ita enim allegorice ac per modum translationis, cor nominat) per insitam ei vim naturalem qua est ratio, aliud quidem germinare faciat, & excitet, aliud verò floridum atque

frugiferum efficiat: quod si id factum non fuerit, igni discrimen agri prouentus faciendum reseruat. Quocirca si aliquis his recte, & ut ratio postulat, vratur, & in sese quidem recipiat ea, non autem ipse in potestatem illarum redigatur, sed tanquam Rex aliqui magnam manu subditorum adiurice vratur, facilius affectus fuerit id, quod cum virtute efficere conatur. Sin autem, quemadmodum fieri solet, cum serui aliqui aduersus Dominum insurgunt, illis obnoxius fueris, & seruili arrogancia atque confidentia degeneri abiectione animo succumbens, seruus & mancipium eorum factus sit, qua natura ei subiecta sunt, ad ea necessario traducetur, in quo vis regentium impulerit. Quod si hac ita sunt, neque virtutem, neque vitium per se hac esse pronunciabimus, quae cum anima motus sint, in potestate & arbitrio vrentium situm est, recte an prauis sint. Sed quando motus eorum ad bonum inclinant, laudum materia existunt, ut Danieli cupiditas ac desiderium, & ira Phineeso, eique qui recte luget, dolor: sin autem ad deterius propendunt, tunc hac affectus ac perturbationes sunt, & nominantur.

Vtiliter autem Deus post peccatum nobis hunc fomitem reliquit, quia si bene eo vtamur, multas, & magnas coronas meritorum in terra, praemiorum in caelo lucratur. Nam, ut dixit Deus Pater S. Catharinae Senensis, sensu altius aduersatur quotidie spiritui, (tam Diuino quam nostro) & ideo in illa sensualitate probat anima dilectionem, quam habet in me Creatore suo. Sed quando displicentia contra ipsam insurgit, insuper etiam istam hominibus impendi legem, ut in humilitate terra conseruentur. Itaque lex ista rebellans nullo modo compellit aliquem ad quamcumque peccati culpam, imo occasionem exhibet, ut in veritate vos metipsos agnoscat, & instabilitatem vite praesentis. Plura de vtilitate fomitis habebis infra.

CAPVT OCTAVVM.

Fueruntne hae passiones in Beata Virgine?

Respondeo, fuerunt quoad suam naturam, sed vsus earum diuersus fuit a nostro, tum quia nunquam illam ad vllum peccatum perduxerunt (quia Beatissima Virgo nunquam peccauit, etiam venialiter) tum quia nunquam eam inuitam perturbauerunt, & ad aliquid illicitum alliciebant, tum quia (ut etiam in Christo) nunquam illam impediabant in bono, nec per grauedinem corporis ex illis ortam, nec per obfuscationem rationis in considerationibus piis, nec per resistentiam vllam, operum eius bonorum inchoationem, vel continuationem impediunt, aut eius in bene operando promptitudinem & feruorem minuunt: vti in nobis experimur.

Z 2 CAP.